Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sonae suae, seu personali obligatione subditus
aut subiectus, nec qui ad personam suam sor-
ditur forum nisi in regno principatu aut
comitatu suo: in quo, ratione bonorum ali-
bi sitorum, non potest à Domino loci vel
Territorij immediate citari: aut ei aliqd,
quod personam eius obstringat, imperari: si-
cut haec omnia, prob. in. C. ex parte de for.
Compet. et in Clem. pastoral. §. denique, et
§. rursus. Ubi card. et Jo. de Imo. de sentent.
et re iud. Quia nemo vere et proprie sub-
ditus est ratione rei tantum, ita Math. de
Afflict. in Tit. qual. vas. Iur. Idem sensit
et consuluit Alicar: in persona principis
Wirtembergensis. Cons. 451. et Rol. a valle
Cons. 1. num. 30. Vol. 3. Idem tenet, Natta
Cons. 445. num 9, Unde eiusmodi obliga-
tio, quae fit propter rem et occasione Rei
magis est realis quam personalis ita Jo.
ab Imo d. clem. pastoral. num 47. de sent.
et re iudicat.

73.